

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eloquencia n  
cum fonte primo

Cicero noster a quo Romana eloquencia exiliuit gradarius fuit;

uir egregius et uita et sciencia et, quod post ista est,  
eloquencia disputabat quoque expedite magis quam concitate  
ut possis dicere facilitatem esse illam non celeritatem;  
hanc ergo in uiro sapiente exigo,  
ut oratio eius sine impedimento exeat  
et proferat magis quam profluat.

Seneca in epistola XL.

Cicero quoque noster, a quo Romana eloquentia exiluit, gradarius fuit.

Romanus sermo magis se circumspicit  
et aestimat praebetque aestimandum.

Fabianus, vir egregius et vita et sciencia et, quod post ista est,  
eloquentia quoque, disputabat expedite magis quam concitate,  
ut posses dicere facilitatem esse illam, non celeritatem.

Hanc ego in viro sapiente recipio, non exigo;  
ut oratio eius sine impedimento exeat,  
proferatur tamen malo quam profluat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 40.11-12  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.107, ll.6-14).